

constitutus iuxta tenores statutorum provincialium sacri concilii Magdeburgensis ad requisitionem reverendi in Christo patris domini Th[iderici] Brandenburgensis ecclesie episcopi a solempniis cessavit divinorum et dicti prepositus prior Petrus ac totus conventus et singulares canonici beate Marie supradicti ut iuris ignari et non in contemptum clavium contra Clementinam primam de sententia excommunicationis se matri ecclesie minime reformarunt et divina solempniter celebrarunt et se iisdem inmiscuerunt propterque excommunicationis sententias per eandem Clementinam et executorem statutorum predictorum in civitate diocesis Magdeburgensis per nos deputatum in ipsos latam et fulminatam incurrerunt. Et cum omnes et singuli predicti prepositus prior conventuales et sui in hac parte complices necnon conventus et canonici singulares postmodum se matri ecclesie nostre reformarunt ut debuerunt ac fratri Iohanni Beren leso predicto de iniuriis huiusmodi et episcopo Brandenburgensi supradicto de dampnis expensis et interesse, ut ex eorum patentibus litteris nobis exhibitis didicimus, satisfecerunt nobisque humiliter supplicarunt ut ipsos a prefatis sententiis excommunicationum — — absolvere dignaremur. — Nos igitur propter diversa nostra et ecclesie nostre ardua negotia multipliciter a deo prepediti quod absolutionem huiusmodi personaliter procedere non valemus, discretioni vestre de qua in domino magnam gerimus fiduciam tenore presentium committimus et mandamus, quatenus auctoritate ordinaria et vice nostra Conradum prepositum Nicolaum priorem Petrum de Monte conventualem Segehardum et Wilkinum fratres dictos Segehardos et Iohannem Kops laicos in hac parte complices necnon singulares canonicos predicti monasterii supradictos et eorum quemlibet ab huiusmodi excommunicationum sententiis ut prefertur in eos latis servatis servandis in forma ecclesie per impositionem manus absolvatis et sacramento ecclesie restituatis iniungentes eisdem penitentiam salutarem et sic absolutis restitutos mandetis nunciari.

Actum et datum Meideburg.

*Copie im Cop. XXXVII, 9b des Staatsarchivs zu Magdeburg. Die undatirte Urkunde befindet sich unter Urkunden des Jahres 1387. Erzbischof Albrecht regierte von 1383—1403.*

1390.

238.

*Albrecht, Erzbischof von Magdeburg, vermacht in seinem Testament dem Kloster Berge ein Pfund Magdeb. Denare.*

— Preterea de residuo conventualibus dictorum monasteriorum videlicet sancti Iohannis in Berge unum talentum denariorum Magdeburgensium — — deputamus.

*Gedruckt: Dreyhaupt Saalkreis I, 91; Boysen hist. Magazin IV, 61; Riedel Cod. dipl. Brand. I, 475.*

*Von den drei im Staatsarchiv zu Magdeburg vorhandenen Ausfertigungen befindet sich auch eine unter den Urkunden der Kloster-Bergischen Stiftung 67. — Im*